



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe  
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von**

**Erfurti, 1675**

XXXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**



\*MDLXXI.

*Apud Legatos Saxonicos restitutio Rudelstadii urgetur.*

XXXI.

MDLXXVI.

*Pons longus exstruitur.*

*Perit incendio.*

MDLXXVII

*Electores contributiones Turcicas colligunt.*

vili pretio culinas instruente. Unum est, quod commoditatem destruit: omnes plateæ aquis ex Gerâ ductis irrigantur, harum rivuli sic vias occupant, ut & equitando, & vehendo passim difficillimus sit transitus. \* Capti Ducis terras agnati inter se dividere constituerant. Cæsar & Electores, quò pacatius transigeretur, Legatos miserant: penes † hos civitas restitutionem Rudelstadii, & ne res aliena patrimonio accenseretur, petit. Facilis Legatorum fuit excusatio: Herci scire possessiones Friderici, non quid juris hic, ibi vè habuerit, sibi mandatum.

\* Pons † ille, qui longus dicitur, fortis opere erectus est, in quem hodiè, propter frequentiore ibi transitum, multæ tabernæ translatae sunt, cum illæ ante hac in dicto ab iis ponte mercatorum essent, jam ferè desolato, quod multis flammarum infortuniis subjectus, & ædium angustia mercatoribus incommoda fuerit. Vix triennium hinc fluxit, † quo ad dimidietatem ab igne consumptus est. \* Appulerunt † hujus anni mense Julio Moguntini Legati, collectas Turcicas à civibus, & Clero exacturi. Senatus quotam suam, quæ fuit olim, Archiepiscopatûs tertia, postea quarta, quinta, & nonnunquam septima, contulit. Idem fecit Clerus, quem de bonis etiam alibi flutis vigore Canonum ordinarius collectabat.



bat. Cum autem Ecclesiæ Collegiatae in pagum suum Mondram olim à S. ~~Vatoni~~ Petri Moguntinensi Ecclesia emptum ad subcollectandos Rusticos mitterent, (a) Electoris Saxonici Officiales in Domini sui territorio situm esse contendunt, seque opponunt: frustra t̄ iis Canones objecti, imò deputatos post collectionem redeuntés, in viâ intercepti, ac deducunt in Weiffensee, at inde brevi dimittunt. Negotium Religionis progenio Senatorum tractabatur, prout illi in hanc, vel illam partem inclinarent. Hoc Anno Catholicæ Religioni infensiores curiam tenebant, t̄ quibus Auditoribus in festo Corporis Christi, quo Deus sub speciebus panis incarnatus ad adorandum solenni pompâ circumfertur, processio publica inhibetur. (b) Catholici graviter de injuriâ questi, quod audaci temeritate liberum Religionis exercitium illi prohiberent, qui ritus suos, & dogmata precario hæctenus, aut vi solum obtinuerint. Numero tamen superati se continent, ac in Cœmiterio S. Martini solennia peragunt, idque ad Annum sextum continuant, postea solennius iterum processum est. \* Petulantes t̄ quidam (c) ex otiosâ plebe subdiale ambulacrum fornicibus super instructum, quod Chorū Marianum versus forum sepit, ascendere

*Petri Moguntinensi.*

*Clerici pro Moguntino collectantes Mōdrenses interceptiuntur.*

*Processio in festo Corporis Christi inhibetur.*

MDLXXIX  
*Clerus Marianus gradus majores portâ claudere dit.*

(a) MS. Chron. Erfurt.

(b) Anon. Chron. Erfurt. MS.

(c) Dictum Chronicon.



*Porta con-  
nvente Se-  
natu per tu-  
multum de-  
jicitur.*

*spargere*

**XXXII.**  
*Mortuo Da-  
nieli succe-  
dit Wolff-  
gangus.*

dere ex more consueverant, illinc pro-  
spectu in subjectum forum, & mille varie-  
tibus non contenti, luctas etiam, lapi-  
dum jactus, & ingentes clamores in mul-  
tam noctem addebant. His Clerus in do-  
mibus suis & Ecclesiâ turbatus, portam  
in gradibus erexit, ut insolentes ascensu  
prohiberet; † at congregati, quos ne-  
quitia, vel juvenus ad licentiam anima-  
bat, portam oppugnant, effringunt, de-  
jiciunt, secant. Mittit Senatus, qui in-  
hiberent, sed remissius erat mandatum,  
ut probari facinus callidè ostenderet:  
quippe libertati periculosum videbatur,  
quasi in arcem sublimia Tempia muniri.  
Pergunt igitur atrocius in coeptis, tre-  
pidantibus interim Ecclesiasticis, suisque  
facultatibus, & sibi in concursu timentibus.  
Fuit qui duos haleces è stante adhuc  
poste suspenderet, ac ~~postea~~ in vulgus  
Jesuitas (sic vocavit) pendere: abiit  
hæc res in calumniam, ut pluribus annis  
halecum nomine à discolis peterentur, nec  
Cæsareis mandatis coërceri, nisi domitâ  
jam Urbe potuerit.

Mortuo Daniele † ArchiEpiscopo  
Wolfgangus successit. Prior in rebus  
agendis felix successori gloriam præripuisse  
videbatur. Erfordia in novum Princi-  
pem, cujus prudentiam nondum exper-  
ta, (a) licentius peccat, & insolentior Sena-  
tus

(a) *Frequentia acta & documenta desuper extant.*